

Clarissime Doct. Tor quem ego in primis veneror et amo. Hillebrandus
 quum nuper hinc esset de liberorum tuorum ingenijs felicissimis et de
 eorundem operosa institutione, multa quae mihi audienti iucundissima
 fuere, commemoravit. Tibi sane gratulor is tam haud vulgarem felicitatem,
 quem honestissima conjux, tam copiosa, tam pulchra, tamq[ue] beata prole
 parentem fecit. Hillebrandus, gaudens se vobis fide et diligentia approbavit
 sperat se aliquid subsidij accepturum a nostro Senatu, et est jam aetas ejus maturi
 majorib[us] disciplinis. Quamquam autem semper ipsi auctor fui ne abs tuo latere
 discederet, sed quam posset diutissime tua consuetudine, tuncq[ue] admirabilis doctrinae
 fructui adolescens aleretur. Tamen enim eum viderem magno studio ad Academiam
 aspirare, non potui, neq[ue] debui ipsius desiderio diutius adversari. Praesertim cum ipse
 mihi Cos. Daniel dixisset, nescio quid opis ej[us] a Senatu collatum iri. Utinam id fiat; Nam
 habet et Brema suos o[mn]es p[er]dolosos. Nunc igitur tua prudentia successorem quarit,
 meumq[ue] in ea deliberatione consilium expetit, quid est quod malim quam tot suis tamq[ue]
 eleganter informatis liberis gratificari? Et si autem plures in mea classe sunt qui vobis
 utiliter operam dare possint, illud satendum est tamen, eos cum Hillebrando paria facere non
 posse. Majores ille fecerat progressus, eratq[ue] in eo prima eruditio, mora quaedam temporis
 roborata. Ceterum ut qui minus (ajunt) quando ut volumus quando non licet. Habent
 sua bi quoq[ue] dona adolescentes, et bonis ingenijs ad rectam institutionem usui esse possunt.
 Est vicinus noster bibliopola Gerhardus Pavemanno (quem virum credo vobis Witeberga
 notum fuisse) filius vnicus Johannes, mediocri doctrina, et bonis morib[us] praeditus, non
 est adhuc in eo perfectio quaedam graeca, latinaq[ue] lingua. Sed deo modo est non
 estis. Sed cum se domi habiturus sit ducem rerum agenda[m] ^{intra} ~~et itaq[ue] in~~ ^{praeferam} ~~praeferam~~ ^{futura}
 confidimus ut ijs officiis quae tali paedago[go] requiruntur possit superesse. Eius pater homo
 bonus et integer, hortatu n[ost]ro excitatus, post 8. aut 10. dierum cogitationem respondit
 Doct. Jsent. Mollerum semper se fecisse maximi, neq[ue] quidquam sibi ipso optabili[us], quam
 filium suum in Fam[iliam] dare, tantum subuereri se ut vestra expectationi fuere
 respondere possit. Convenit inter nos ut periculum fiat. Praescribat D. Doct. Tor temp[us]
 quo adolescentem istum ad se ire jubeat, ut loquatur vobiscum, et eum videatis. Praeterea
 etiam scite pingit literas graecas, et latinas, nec est ignarus canendi. Erit autem vobis
 integrum fidei periculo, nostra enim schola reddere parum idoneis videatur. Nam
 diu[er]s[e] utimur, ut magis methodica: sed tamen a philippo non alienos animos habemus.
 Explemi nuper caput de captivib[us] et alterum de praedicamentis. Sed haec parerga sunt.
 Vale vir doctissime Ad psalmos tuos subinde recurro, quoties tecum loqui et anima-

Causa ex parumnarum pleno seboe nos rra ergasculo lubet exspatiari. Scripsi
 quadringentis uersibz quere moniam disciplina iam ferme morientis sed eam veritus
 Censores nos proz, non audeo Typographis committere, decheuerunt enim ne quid excludat
 nisi ab ipsis exacsum atqz examinatum, non diffugio censuram: Sed quid de uersibus censeant
 qui orationem vertere nunquam ipsi didicerunt Velim cognoscere quid de Doct. Pencero
 sit factum. Ab tantum ne uirum tam indignis modis in stui et squalore contabescere.
 Non ingrediar hanc quarelam ne quid animo tuo doloris concitem. Vale praelara
 coniuge et dulcissimis liberis. Salutem praecor prudentiss. Cos tuo dilecto fratri et ejus
 familiae. Brema 16 Augusti, 1579 Hillebrandum saluta ex me Ex animo tuus

Johannes Molanus

v. 324)

Pax Christi [An. Huirice Laugen]

[= Inscr. A. 12 = ebr. 10. 15. 324]

Generose vir Huirice a Laugen. Ego omni studio et diligentia et fide operam dedi,
 ut filij tui Andreas et Rodolphus a Laugen quam optime educati omnia hic apud me haberent,
 quae vel ad liberalem vicum, vel ad primam puerorum eruditionem intellexi necessaria esse. Sic
 enim a nobis postularat, vir praelara memoriae Herbertus a Laugen frater tuus, quem virum
 si Deus nobis adhuc incolumem seruasset: tam repente pueri vestri, quos ille amabat ut suos, a
 meo latere abducti fuissent. Ceterum hoc ego non ingruo animo fero, suos esse eos scio, et mi tua
 potestate. Tibi liberum est quarere ijs ipsis Magistrum, qui maxime accommodatus videbitur ad
 ad optimam institutionem. Illud submolesce tui, ita intempestiue eos ab schola nostra abduci,
 tunc certe cum omnia essent in eis inchoata, ut nullam laudem capere possemus ex eorum vix
 dum incepta informatione. Quamobrem si quisquam erit, qui nos Irum laborem ausit reprehendere,
 is ita cogitet, tam brevi curriculo temporis, in ingenijs non malis quidem illis; Non tamen
 optimis, non continuo uberem laboris fructum exsare potuisse. Velut verbum est. Nemo
 desert lana in officinam fullonis. De tractatione autem. hoc est de lectio, de cibo et potu, deqz
 cura corporum, si quis de nobis queritur, is sane magna nos afficit injuria. Nemo liberalius Brema
 accepit. Adolescentes, quam sui apud me accepti fuerint. Subile habuerunt meo proximum, lectum, instra-
 tum et mollem praeter alios omnes familiares. In mensa sederunt primi ante alios domesticos, ut
 optimo jure pro lecto, pro institutione, et pro victu, idem praestium reddere debeant non iniusti, quod
 alij iuvenes in ~~subsellis~~ subsellis sedentes, libenter, prompteqz reddederunt. Jam prudenter Domine
 ius, et aequitas hoc postulant, ut pecunia, quam victui et alijs puerorum necessitatibz fideliter impendimus
 bona fide nobis restituatur. Non cedemus pecunia nostra sine magno detrimento. Vos viri nobiles, et opibus
 abundantes non debetis esse difficiles, ad reddendum argentum, quod pro Educatione liberorum restitit,
 quam optime fuit multo ante a nobis collocatum. Certo si hanc viam inisterent ceteri, nobis qui
 alienos filios liberaliter alimus, liceret per parentum negligentiam esurire. Quae res quam sit
 indigna tuae prudentiae cogitandum relinquo. Rationes nominatim descriptas pueris dedi is hinc
 emittis: Nunc eas summam contracas mitto. Fac ut argentum rationibz respondeat. Ita
 factio est opus. Vale

Calendis Septembr. 1579 Bremae scholae Rector

Johann. Molanus.